ROCZNIKI TEOLOGICZNO-KANONICZNE
Tom XXII, zeszyt 5 — 1975

BP WALENTY WÓJCIK

# STATUTY SYNODU DIECEZJI SMOLEŃSKIEJ Z 1645 ROKU

W wyniku ekspansji Rzeczypospolitej i Kościoła katolickiego w XVII w.[1] powstało biskupstwo łacińskie w Smoleńsku. Po zdobyciu tego grodu w 1611 r. przyznał król Zygmunt III ordynacją województwa smoleńskiego z 1613 r. „opatrzenie intraty kościołom" z dóbr będących w dyspozycji monarszej[2] i postanowił ufundować biskupstwo. Gdy rozejm w Dywilinie przyznał w 1618 r. zdobyte tereny Polsce, nastąpiła fundacja biskupstwa smoleńskiego w 1625 r. Potwierdził ją król Władysław IV w r. 1635 po zawarciu „wiecznego" pokoju 13 VI 1634 r. Kanoniczna erekcja diecezji nastąpiła aktem papieskim z 1 IX 1636 r. Konstytucja sejmowa z 1638 r. postanowiła, że nowa diecezja będzie należeć do metropolii gnieźnieńskiej i biskup smoleński jako 17 w Rzeczypospolitej zajmie w senacie miejsce po biskupie inflanckim. Teren nowej diecezji obejmował Smoleńszczyznę i Siewierszczyznę. Pierwszym biskupem w Smoleńsku mianowany został ks. Piotr Parczewski, magister nauk wyzwolonych z Akademii Wileńskiej i prepozyt w Starodubie. Administrował on najpierw kościołami z terenu diecezji w latach 1630-1638. Potem pracował do r. 1649, kiedy to został przeniesiony do diecezji inflanckiej, jako biskup smoleński[3].

Dalsze losy diecezji smoleńskiej, związane ściśle z przynależnością państwową Smoleńszczyzny, przedstawia literatura historyczna. Jej organizację i dzieje wewnętrzne opracował najobszerniej w oparciu o źródła ks. T. Długosz[4]. Gdy idzie o synod diecezjalny, ks. S. Chodyński stwierdza, że biskupi smoleńscy „nie mieli stałego miejsca na stolicy i żadnego synodu nie odbyli"[5]. Podobnie pisał ks. A. Kakowski:

---

[1] Por. H. Jedin. *Handbuch der Kirchengeschichte*. Bd. 5. Freiburg—Basel—Wien 1970 s. 531.

[2] *Volumina legum*. T. 3. Petersburg 1859 s. 96.

[3] F. Rzepnicki. *Vitae praesulum Poloniae*. T. 3. Posnaniae 1763 s. 255-282; Ł. Janczak. *Smoleńskie biskupstwo*. EKośc. XXVI 31-38; PEK XXXV-XXXVI 336; B. Kumor. *Diecezja smoleńska*. ABMK 1969 t. 19 s. 290 n.; *Kościół w Polsce*. T. 2. Kraków 1970 s. 69.

[4] *Dzieje diecezji smoleńskiej*. Lwów 1937.

[5] EKośc XXVII 417.

„diecezja smoleńska nie miała żadnych synodów" [6]. Sprawa przedstawia się jednak inaczej. Ks. T. Długosz wydał tekst synodu bpa Parczewskiego [7].

W Archivio Segreto Vaticano znajdują się wśród ułożonych według nazw diecezji paczek ze sprawozdaniami biskupów dla Kongregacji Soboru również dokumenty z diecezji smoleńskiej. Są to „Acta synodalia dioecesis Smolenscensis" w dwu kopiach na kartach formatu in folio, mających numerację 1210-1217v. Karty te pochodzą prawdopodobnie z kodeksu obejmującego relacje biskupów. Rozerwano je zapewne przy rozkładaniu sprawozdań według poszczególnych diecezji [8]. Pierwsza kopia obejmuje na 6 i pół stronach 39 nierubrykowanych, a tylko numerowanych statutów synodu. Druga, krótsza, ma na 5 stronach i 5 liniach tylko 35 spośród tych statutów, kolejno numerowanych. Z pierwszej skreślono statuty 34, 37, 38 i 39. Te i inne drobniejsze opuszczenia wskazują, że pierwszą kopię przedłożono przy sprawozdaniu „ad limina" tuż po odprawionym synodzie diecezjalnym. Drugą natomiast — po skreśleniu nieaktualnych już norm — dołączono do relacji zapewne ok. połowy XVIII w., kiedy to od traktatu andruszowskiego w 1667 r. pozostały przy diecezji 3 kościoły parafialne i 1 filialny. Trudno było wtedy o zwoływanie synodu diecezjalnego [9].

W kopiach nie spotykamy daty odprawienia synodu. Wzmianki o konstytucji sejmowej z 1641 r. i o papieżu Innocentym X, wybranym 14 IX 1644 r., wskazują na termin „a quo". Ostre sformułowania przeciw zakonnikom są niewątpliwie echem uchwał synodu prowincjalnego z 1643 r. Brał w nim udział biskup smoleński Parczewski i delegat kapituły katedralnej w Smoleńsku Jan Rowiński [10]. Ponieważ synod ten otrzymał dopiero 10 XII 1645 r. aprobatę Kongregacji Soboru, która złagodziła postulaty wysuwane przeciw zakonnikom, i ogłoszony został 12 VIII 1646 r., przyjąć można, że synod smoleński odprawiony został w 1645 r. Wzrosło wówczas naprężenie między duchowieństwem diecezjalnym a zakon-

---

[6] PEK XXXVII-XXXVIII 324.

[7] Jw. s. 80-91.

[8] Trudno jest stwierdzić, jakie stanowisko wobec synodu i wizytacji „ad limina" zajęła Kongregacja, gdyż w zbiorach „Libri visitationum" brak jest tomu z lat 1634-1648. H. Crovella. *De libro visitationum sacrorum Liminum.* W: *La Sacra Congregazione del Concilio.* Città del Vaticano 1964 s. 427 n.

[9] Zaznacza to wyraźnie relacja bpa Jana Hylzena z 26 III 1757 r., zachowana wraz z kopiami synodu z 1645 r. Biskup ten składał relacje w latach 1747, 1757 i 1761 (zob. Długosz, jw. s. 72). Dodać trzeba, że w r. 1757 pisał tenże biskup „relationem status dioecesis meae iam tertio exhibiturus" Była więc jeszcze relacja zapewne w r. 1751 lub 1752.

[10] *Synodus provincialis Gnesnensis Varsaviae 1643 celebrata.* Varsaviae 1646 s. $A_3$v, $A_4$.

nym[11]. W tym roku odbyła się również pierwsza pielgrzymka biskupa smoleńskiego „ad limina".

Nie wiemy nic o miejscu odprawienia synodu, o jego uczestnikach i przebiegu. Najprawdopodobniej obrady odbywały się w katedrze p.w. Zwiastowania NMP w Smoleńsku. Uczestniczył zapewne ogół duchowieństwa. Przy 9 parafiach w miastach diecezji było ono nieliczne. Autorstwo statutów trzeba przypisać samemu biskupowi Parczewskiemu. Znał on dobrze problemy kościelne i duszpasterskie terenu. Chciał im zaradzić przez wydanie ustaw synodalnych. Budowa norm wskazuje, że układał je duszpasterz i prawnik.

Niniejsze wydanie statutów opiera się na kopii wcześniejszej, oznaczonej w przypisach literą A. Kopia późniejsza i skrócona — B służyła również przy odczytaniu niektórych skrótów, wprowadzeniu pewnych korektur i dodaniu wyrazów objaśniających znaczenie statutów. Wspomniane wydanie ks. T. Długosza jest właściwie przedrukiem kopii A. Wydawca zlekceważył kopię B[12]. Stąd też wydaje się uzasadnione nowe opracowanie statutów smoleńskich.

---

[11] Długosz, jw. s. 44. J. Szymański w swych artykułach (*Z dziejów wizytacji archidiakońskich.* „Roczniki Humanistyczne" 3:1959 z. 2 s. 290; *Uwagi o organizacji archidiakonatu polskiego.* „Roczniki Teol.-Kan". T. 4:1959 z. 3 s. 51) podaje synod smoleński z 1636 r. Oparł się zapewne na mylnej informacji ze zbioru K. Żórawskiego *Decreta Summorum Pontificum pro Regno Poloniae* (Posnaniae 1869 s. 146, 195 nn.). Chodziło o synod żmudzki (Samogitiae) bpa Jerzego Tyszkiewicza z 1636 r. Żórawski nie wspominał o synodzie smoleńskim. Por. S. Biskupski. *Krzysztof Żórawski polski kanonista XVIII wieku.* „Ateneum Kapłańskie" 41:1949 t. 51 z. 4 s. 451 n. Wzmiankę o synodzie diecezji smoleńskiej podał J. Sawicki (*Statuty synodalne krakowskie biskupa Jana Konarskiego.* Kraków 1945 s. III). Relacje biskupów smoleńskich „ad limina" wyliczył J. Kłoczowski (*Kwerenda polska w archiwach watykańskich w 1962 roku.* „Przegląd Historyczny" t. 55 z. 2 s. 262: ok. 1645, ok. 1652, ok. 1747, 1757 i 1761 r.).

[12] Długosz, jw. s. 82.

## ACTA SYNODALIA DIOECESIS SMOLENSCENSIS

### EXTERNA SYNODO

Ut brevi compendio teneantur[a], quae statuta sunt ad observantiam omnium, quorum in Dioecesi nostra Smolenscensi interest, scriptis breviter comprehensa, omnibus praesentibus et absentibus intimantur et denunciantur.

1. Statutum. Quia inter schismaticos ecclesiae nostrae constitutae sunt et populus rudis partim schismate Graecorum corruptus et defectu sacerdotum in tradenda christiana doctrina maximis ignorantiae distenetur tenebris, ideo prima et potissima cura omnibus animarum rectoribus in erudiendo populo et tradendis misteriis S[mae] Trinitatis, Incarnationis Christi Domini, sacramentorumque omnium incumbit. Quare meminerint singulis diebus Dominicis et festis horis matutinis ante Sacrum sive pomeridianis misteria sacrae fidei iuxta ritum S.R.E. pro captu eorundem explicare, et si fieri poterit, fraternitates cathechismi propria[b] et laudabili aliarum regionum consuetudine instituere.

2. Nullus beneficium curatum aut simplex obtineat, nisi professionem faciat fidei. Quin vicarii et rectores scholarum ad idem teneantur. Recens ordinatis non dentur litterae[c], quae formatae vocantur, nisi ad provisionem cuius ordinantur ad triennium inserviant.

3. Pro fundatoribus Ser[mis] defunctis et vivis[d], Ser[mo] feliciter moderno et S[mo] Innocentio X Sacra meminerint celebrare iuxta obligationem fundationis et primis Dominicis singulorum mensium in gratiarum actionem pro felici victoria Smolenscensi obtenta[1] missam de S[ma] Trinitate[e] cantare[f] et in festo S. Antonii de Padua in memoriam eiusdem Sancti publicam processionem ad ecclesiam aut, ubi non sunt ecclesiae, ad cruces sacras erectas aut erigendas.

4. Synagogae publicae neque ecclesiae schismaticorum iuxta edictum regis Sigismundi III praesertim Smolensci intra moenia nulla ratione permittendae [2], neque in domibus privatis occulta haereticis aut schisma-

---

[a] W A — „teneatur".
[b] W B — „propia".
W A — „literae".
[d] W B opuszczono „et vivis".
[e] W B podkreślono wyraz „Trinitate".
[f] B ma „carere" [s].
[1] Zdobycie Smoleńska nastąpiło 13 VI 1611 r. *Słownik geograficzny Królestwa Polskiego*. Pod red. B. Chlebowskiego. T. 10. Warszawa 1889 s. 899; *Historia Polski*. Pod. red. H. Łowmiańskiego. T. 1. Cz. 2. Warszawa 1957 s. 529.
[2] Prawdopodobnie wydany został taki edykt w r. 1625, kiedy to król utworzył w Smoleńsku arcybiskupstwo unickie. K. Chodynicki. *Kościół Prawosławny a Rzeczypospolita Polska*. Warszawa 1934 s. 416, 545 uw. 5.

ticis[g] praedicatio sub paena excommunicationis. In initiis malis omnibus obviandum, quae inveterata difficilius extirpantur et contra venenatae sectae toxica salutaria S.R.E. antidota vigili cura, labore et studio gregi Dominico ministranda [fol. 1210 v.].

5. Ordo divinorum in officio divino recitando horis canonicis, celebratione Missarum, administratione sacramentorum iuxta ritum S.R.E. strictissime observandus et retinendus. Neque novitates ullae cuiusvis devotionis praetextu tum a clero tum a religiosis ordinibus absque scitu et concessu Ill$^{im}$ D$^{ni}$ loci Ordinarii introducantur.

6. Quia religionis fundamenta in observatione sacrarum legum, iurium, canonum et sanctionum Ecclesiae consistunt, quae decretis SS$^{rum}$ Pontificum et Conciliorum Generalium praesertim sacrosancti Concilii Tridentini sanctissime statuta sunt, ab iis ne latum unguem discedendum et Concilium Tridentinum semper intimetur populo.

7. Constitutiones provinciales ab omnibus observandae diligentissime et legendae frequentissime, cum in iis omnia fere contineantur, quae ad bonun ordinem, administrationem sacramentorum, vitam et honestatem cleri, formam iudiciorum, institutionem et informationem recte omnium agendorum in synodo dioecesana praescribi deberent.[3] Quare cura Ill$^{mo}$ et admodum R.D. archidiacono demandatur[h], ut quam plurima exemplaria Cracovia aut aliumde comparare curet inter Ill$^{mos}$ et admodum RR.DD. canonicos et rectores ecclesiarum distribui reservato uno exemplario in ecclesia, ut omnibus legi possint prout est ordinatum.

8. Ut[i-] occurratur audaciae et proterviae[-i] saecularium personas, bona et subditos ecclesiae infestantium, more consueto aliarum ecclesiarum, quod constitutionibus provincialibus cavetur, monitoria publica contra spoliantes, invadentes, inquietantes temere bona et personas ecclesiae, a vicario generali ad requisitionem uniuscuiusque haud gravatim extradi curentur. Neque novitati ducatur, quod sacris canonibus et longo usu in provincialibus ecclesiis, a quibus dioecesanae instituentur, rationem et formam capiunt, est receptum.

9. Ne religio s. catholica periclitetur in finibus schismaticae gentis barbarae, occurrendum in comitiis, ne officiales castrenses et terrestres schismatici eligantur, quorum potentia et malitia crescente religio catholica discrimen aliquod patiatur.

---

g W B napisano „scismaticis".

h W B jest „demandato".

B ma „inhibeatur audacia et protervia".

3 Najprawdopodobniej chodziło o *Constitutiones synodorum provincialium* [...] *opera J. Wężyk*. Cracoviae 1630. Statuty prowincjalne J. Wężyka z 1634 r. wydano w Krakowie w 1636 r.

10. Quia conservatione iurium, legum, canonum et statutorum Ecclesiae conservatur[j] integritas S.R.E., ideo elaborandum plurimum praesertim in confinio schismaticorum, ne quid permittatur novi statui in Republica molientibus et machinantibus schismaticis, quod vergat in derogationem, diminutionem et labefactionem eorundem iurium[k].

11. Inhaerendo sacris canonibus et iuri communi Patriae, statuto[l] Magni Ducatus Lithuaniae, iuxta quod vigore fundationis causae spiritualium cum saecularibus iudicari debent, semper est[m] forum excipiendum, quando aliquis citatur ad iudicium saeculare, donec veniat [fol. 1211] resolutio a S. Sede Apostolica. Quia licet simus membra Reipublicae, non possumus ligari legibus Reipublicae, nisi quoad vim directivam, salvis rationibus et immunitatibus Ecclesiae lex sive constitutio Reipublicae in vim sacrorum canonum lata contra clerum generaliter anno Domini 1635[4] et specialiter postea anno 1641 contra clerum Smolenscensem in comitiis generalibus Varsaviensibus subsistere non potest[5]. Cum contra priorem protestatio solemnis facta sit a R^mo^ archiepiscopo cum omnibus episcopis in primis comitiis post coronationem Ser^mi^ [6] et contra posteriorem facta ibidem in comitiis, testantur subscriptiones episcoporum praesentium protunc in comitiis existentium, ut patet ex actis Sochaioierensibus [s] et Varsaviensibus.

12. Non permittant ullo modo in perlucris et vadiis iure male apud saeculares personas obtento bona Ecclesiae periclitari praetextu decreti lati in tribunali saeculari, cum illud nihil habeat iurisdictionis in causis ecclesiasticis sed solum tribunal iudicii compositi [n]. Unde processus illegitime inde emanati, qui vulgo listy poiezdne [s] vocantur ad tradendam possessionem et intromissionem bonorum Ecclesiae velut subreptitii illegitimi et iniustissimi in fraudem bonorum Ecclesiae facti nulla

---

[j] W A jest „conservantur".

[k] W B brak „iurium".

[l] B ma „statuti".

[m] W B brak „est".

[n] W B podkreślono „iudicii compositi" i na marginesie zaznaczono ten statut kreską ukośną ok. 2 cm.

[4] Szło o forum sądowe w Kraju dla duchownych oskarżonych przez szlachtę w sprawach karnych. Sprawy cywilne między szlachtą a duchownymi miały być rozstrzygane w sądach ziemskich, a w apelacji w Trybunale — „iudicio composito". Konstytucja sejmowa powoływała się na brewe papieskie co do spraw karnych. Zobowiązywała Ordynariusza do pomocy w egzekucji wyroków w sprawach cywilnych. *Volumina legum*. T. 3. Petersburg 1859 s. 406 n.

[5] Konstytucja dotyczyła spraw zbiegów z dóbr szlacheckich do gospodarstw duchowieństwa „utriusque ritus" w województwie smoleńskim. Sądzić mogły sądy grodzkie w Smoleńsku i Starodubie. W II instancji „iudicium compositum". *Volumina legum*. T. 4 s. 12.

[6] Biskupi przy podpisach dołączali zastrzeżenie „salvis iuribus Ecclesiae" itp.

ratione executioni mandari factis reprotestationibus permittantur, etiamsi[o] deventum fuerit ad bannitionem sive proscriptionem, prout talis proscriptio velut iudicium[p] temerariorum spiritu haeretico infamatorum, non semel risu populi explosa [s], irritatis et annulatis omnibus decretis et processibus contrariis, contra quos poenalis constitutio in comitiis urgende velut se intromittentes in alienam iurisdictionem fori sibi incompetentis.

13. Ad causas Ecclesiae facilius prosequendum[q-] promotores seu fiscales[-q] publicos peritos in iure eligi oportet, qui sumptu ecclesiastico ali et foveri possint.

14. De contributionibus pro deputatis ad iudicia tribunalicia constitutiones synodales provinciales observantur et de cogendis ad easdem contributiones deputatorum etiam metropolitanis ritus Graeci[7] et religiosis, a quibus exactiones fiunt a subditis nec tamen exsolvuntur et multo plures illorum quam cleri saecularis in iudiciis tractantur causae[r-]. "Marana",[s] cum sit pauperrima dioecesis, clerusque paucissimus, ad quas regulares quoque tenentur, cum et praedia possideant et causas suas in tribunalibus agitant[-r].

15. Contumaces non extradentes contributiones indictas per viam sequestri in duplo et quadruplo puniantur usque ad privationem et beneficii, nisi resipiscant.

16. Ut vicarii in officio suo contineantur, neve vagandi eisdem licentia et occasio detur, cavetur statutis praesentibus synodalibus, ut nemo sine dimissoriis [fol. 1211 v] commendatoriis a quocumque[t] accipiatur. Quodsi dimissorias habuerit sine subscriptione episcopi aut officialis etiam si sigillum habeant cum[u] subscriptione manus notarii, velut subrepticiae habeantur, cum notarii tales non habeantur nec sit iuris hoc illorum quales consistorium requirit. Unde hae falsitates contingere possunt abusu sigilli et dolo scribentis.

17. Sacramenta cum omni decentia et diligentia administrentur. Nobilium et aliorum incolarum extra moenia castelli manentium denuntiationes et copulationes[v] non debent fieri alibi, nisi cum scitu ecclesiae

---

[o] A ma tylko „et si".

[p] W A jest „iudicum".

[q-q] B ma zamiast tych nazw wyraz „instigatores", podkreślony i zaznaczony kreską na marginesie.

[r-r] Brak w tekście B, w A ta sama ręka dopisała to zdanie później.

[s] W cudzysłowie „marana" — maranata — Panie, przyjdź (z pomocą).

[t] W B jest „quoque".

[u] B ma „sub".

[v] W B jest „compulationes".

[7] Od r. 1470 nosili biskupi wschodni w Smoleńsku tytuł arcybiskupa. EKośc XXVI 36 n.

cathedralis sub poena excommunicationis et suspensionis aliter facientium. Et quod prohibetur parochis multo magis regularibus[w], quia ex copulatione vagorum absurda fiunt.

18. Vagi et peregrini non recipiantur sine testimonialibus.

19. Curent domos parochiales[x] pro decentia habere prope ecclesiam et ubi non sunt extructae, quantocius parochiani[y] adhibita cura parochi et sumptu communi urgendi ad opus tam pium et necessarium.

20. In ecclesiis parochialibus[z] foris in eminenti loco maneat cum clausura et mundicies omnis circa fontem et chrismatis sacri oleorumque novorum tempestive procurando cum diligentia servetur. Metricas habeant ordinatas cum inscriptionibus baptisatorum et copulatorum iuxta formam in agendis sive rituali praescriptam.

21. Supellectilem ecclesiasticam descriptam totam et nomina benefactorum notata habeant, nec cedere sibi existiment sub poena excommunicationis et suspensionis, quicumque sibi usurpare ex iis, quae dantur ad ornatum altaris aut quae legantur pro ecclesia.

22. Poenitentes oneratam habentes conscientiam non possunt facile absolvere et praesertim relapsos aut cum scandalo viventes. Et casibus reservatis ad publicam[aa] poenitentiam remittere teneantur,[bb-] prout disponit provincialis synodus. Casus autem episcopo reservantur: homicidia, adulteria, usurae, invasores bonorum vel fundorum ecclesiasticorum, incendiarii, venefici, detentores vel percussores familiae ecclesiasticae, item extradentes e monasteriis vel ecclesiis ad eas confugientes, violatores quoque libertatis et immunitatis ecclesiae vel si specialiter aliquis casus ab episcopo reservatus fuerit[-bb] [fol. 1212].

23. Subditi ecclesiae non gravandi exactionibus privatis et cum contributiones indicuntur sublevare nos tenemur aere suo, donec sensim et non violenter debitam pensionem exigant.

24. Vagi subditi et profugi, quos constat esse hereditarios dominorum suorum, non recipiantur, satis enim molestiae est nobis propter profugos.

25. Testamenta rite et legitime curent fieri, subscriptionibus non utentes saecularium sed spiritualium confratrum suorum, si[cc-] illi commode

---

[w] B ma podkreślone wyrazy „magis regularibus" z zaznaczeniem tego statutu kreską na marginesie.

[x] W A i B „parrochiales".

[y] A ma „parrochciam", B — „parrochiam".

A i B — „parrochialibus".

[aa] W A jest „pubicam".

[bb-bb] W B opuszczono wyliczenie rezerwatów synodu prowincjalnego podając klauzulę: „nisi obstet impedimentum legale, de quo consulendum officium".

[cc-cc] Opuszcczono w B.

haberi potuerint-cc, sub nullitate testamenti non sint glossata, rasa[dd], variata, a suspectis hominibus subscripta. Vera legitima non habeantur, nisi approbata ab officio. Et tradita ad acta extranea saecularia velut subreptitia fraudolentaque habeantur. Ad dispositionem episcopalem exequenda tantumque ab intestatis. Diripientes bona quaecumque defunctorum quocumqe praetextu servitii aut propinquitatis ipso facto sint excommunicati. Neque ea valeant testamenta, quae in detrimentum ecclesiae matricis et in lucrum alienae ecclesiae fiunt. Indignum enim est, ut sponsa deserta spoliata aliae ecclesiae aut consanguinei et amici ditentur. Ratio aequitatis hoc exigit, ut, cuius beneficio quis locuples effectus est, eidem quoque speciale memoriale sive monumentum relinquat.

26. Ecclesiae desolatae, in quibus non habetur sufficiens provisio, pro unitis habeantur iuxta Concilium Tridentinum sess. 21 c.5 [8]. Meminerint tamen eas[ee] possidentes urgeri et gravari conscientiam suam in recuperandis quantocius earundem bonis alienatis, pro posse et viribus. Caeterum regulares sciant cuiusvis ordinis existant, ipsis non licere praetextu etiam pietatis et missionis sine licentia parochi et approbatione speciali ff-Ordinariorum in ecclesiis desolatis et vacantibus respectu parochorum sacramenta administrare-ff aut illius parochiae homines praecipue tempore paschatis audire confessiones. Alias contrafacientes ad iuris praescriptum punientur. Et hoc statutum transumptum est ex constitutione venerabili Wężycianis [s]anni 1634 [9].

27. Meminerint parochi sub interdicto s. synodi provincialis, nemini licere ingredi in ecclesiam cum bombardis, sclopetis, canibus et avibus ad venandum sub poena excommunicationis [10]. Quam inscriptionem ad valvas ecclesiae debent ex praescripto habere[gg].

28. Cum excommunicatis denunciatis nulla ratione tam ipsi quam parochiani sui [s] versentur. Quos absolvere non licet sub excommunicatione Sedi Apostolicae reservata. Ac proinde temeritatis arguendi sunt iudices, officiales castrenses et terrestres, qui tales ad iudicia aut

---

dd W A brak „rasa", w B zaznaczono statut na marginesie podwójną kreską.

ee W A brak „eas".

ff-ff W B podkreślono te wyrazy.

gg A nie ma „habere".

8 Biskupi jako delegaci Stolicy Apostolskiej otrzymali w c. 5 sess. 21 upoważnienie do przeprowadzania stałych zjednoczeń — „unions perpetuas" — kościołów parafialnych z racji ubóstwa i innych przyczyn uznanych przez prawo. *Conciliorum oecumenicorum decreta*. Basileae—Friburgi—Romae—Vindobonae 1962 s. 706.

9 *Synodus provinicialis sub J. Wężyk Varsaviae 1634 celebrata*. Cracoviae 1636 s. $B_3$: „De ecclesiis prophanatis et desertis".

10 Tamże c. 5: „De ecclesiarum ingressu".

comitiola admittunt. Ipsi excommunicationi eidem obnoxii talia audentes in contemptum decretorum et legum Ecclesiae.

29. Pulsus in crepusculo vespertino non omittentes pro defunctis iuxta morem et [fol. 1212 v] praescriptionem et statuta Gembiciariae [s] synodi [11].

30. Bulla Caenae Domini semper feria quinta s[tae] hebdomadae legenda populo cum casibus etiam sedi episcopali reservatis. Quos rectores ecclesiarum a R.D. archidiacono sibi describi curabunt. Regulares vero a talibus casibus absolventes cuiuscumque privilegii praetextu non obtenta licentia ab Ordinario, sciant se poenas excommunicationis incurrere iuxta Clementinas [12] „Religiosi", et expressam sacrorum canonum inhibitionem, quam excomunicationem iidem incurrunt, quando saeculares absolvunt, impugnantes directe vel indirecte iura et libertates Ecclesiae et inducentes eo praetextu ad pia legata, quae[hh] ecclesiae matrici restituere teneantur.

31. Parochi teneantur vicarios habere in ecclesiis bene provisis et domos parochiales habeant decentes ad habitandum, scholam item et rectorem scholarum pro erudiendis pueris sub poena arbitraria iniungenda a visitatore archidiacono, cui visitanti procurationem victualium exhibere teneantur.

32. Ordinati ad provisionem non dimittendi, nisi triennio expleto iuxta morem receptum, neque dimissoriae eisdem concedendae. Per domos et tabernas non discurrant sub poenis arbitrariis ab officio exequendis.

33. Quarta funeralium iuxta decretum s. Concilii Tridentini et statuta provincialia requirenda [13]. Sedulo non extradentes sciant, se poenae excommunicationis [s] subiacere. Pro defunctis benefactoribus specialem curam habeant offerendi Deo sacrificia.

34. [ii-]Contributiones, si quae licitae faciendae erunt, omnes tam saeculares quam regulares ad deputatos ecclesiasticos non vero saeculares conferent[-ii].

35. Ut in iudices dioecesanos iuxta morem synodalem aliqui deputentur, non esse opus in tanta praesertim paucitate cleri, [jj-]sufficeret, unus, qui est[-jj] creatus et approbatus a S.Sede Apostolica, iudex causa-

---

hh W B brak „quae".

ii-ii Cały statut 34 opuszczono w B, zmieniając numerację następnych.

jj-jj W B opuszczono te wyrazy wstawiając w ich miejsce „sufficit".

11 *Synodus provincialis Gnesnensis provinciae sub L. Gembicki Petricoviae 1621 celebrata.* Cracoviae 1624 s. Fv-F2: „De oratione pro mortuis".

12 C. 1 V 10 Clem.

13 Sess. 25 c. 13 de ref. Zbiór J. Wężyka lib. III żądał wydania zwłok i wszystkich ofiar pod groźbą interdyktu. *Constitutiones synodorum provincialium.* Cracoviae 1761 s. 180.

rum Apostolicarum admodum R.D.Georgius Szczawiński archidiaconus, prout sibi a Sede Apostolica indulto est manifestum. [kk]-Nihilominus ratione Bullae Gregorianae [14] adduntur alii tres electi admodum R.D.Petrus Ferdinandus Wagnerus, admodum R.D. Joannes Radziminowicz, admodum R.D.Albertus Parczewski canonici Smolenscenses, quos regulares habeant vel certe episcopo subicientur iuxta Bullam-[kk].

36. Libros necessarios curent haberi, ad quos tenentur praeter breviarium [ll]-bibliam sacram, Concilium Tridentinum -[ll]constitutiones provinciales, statuta dioecesana, rituale Romanum, cathechismum Canisii, concionatorem aliquem velut stapletorium Beverlinii [15], Besseum [16], Labatam [17] aut ex Polonicis Skargam aut Vuiekum aut Birkovium. Item graduale, antiphonale, psalterium. Quae revisa Cracoviae typis publicis procurari poterunt[mm].

37. Confessarii tam saeculares quam regulares saltim ad unum annum iuxta synodum provincialem Gniesnensem sunt approbandi [fol. 1213].

38. Modus quaerendus, quomodo quarta pars funeralium sit repetenda a regularibus, quam simpliciter denegant, tum quomodo pervicatiae et praesumptioni regularium sit occurrendum, qui concilia, bullas, constitutiones et decreta conciliaria contemnunt maxime in remotissimis partibus, quis eos ad haec observanda inducet, quis bullas et canones sacros exequetur, cum magnas persecutiones clerus in persona sua et familiae suae ecclesiae a regularibus non modo ab inferioribus sed etiam ab ipsis superioribus perferat et maxima praeiudicia et contemptus patiatur. Humillime supplicandum Sedi Apostolicae, ut in nova erectione idque inter schismaticos et infideles opem ferre pusillo gregi dignetur.

---

kk-kk B nie ma tego zdania.

ll-ll A i B ma „biblia sacra, Conc. Trid".

mm Tym wyrazem kończy się rkps B (fol. 1215-1215v).

14 Konstytucja Grzegorza XV z 1621 r. *De conservatoribus* przytoczona w *Synodus provincialis Gnesnensis provinciae sub. J. Wężyk. Petricoviae 1628 celebrata.* Cracoviae 1629 s. Lv-$L_4$.

15 Prawdopodobnie L. Beyerlinck. *Promptuarium morale super evangelia festorum totius anni ad instructionem concionatorum.* Coloniae Agrippinae 1613-1626 albo *Conciones selectae variorum argumentorum.* Coloniae Agrippinae. 1627.

16 P. Besseus. *Conciones sive conceptus theologici ac praedicabiles* Coloniae Agrippinae 1611-1612.

17 F. Labata. *Apparatus concionatorum seu locorum communium ad conciones.* Coloniae Agrippinae. 1619 lub *Loci communes ad conciones ordine alphabetico digesti* [...]. Coloniae Agrippinae 1621-1627 albo *Magnus apparatus concionatorum.* Coloniae Agrippinae 1628.

39. Et quia paucissimus clerus in Smolenscensi dioecesi uti in nova erectione supplicandum est S[mo], ut ex aliena dioecesi sine dimissoriis ordinandi facultatem imperciatur prout habet episcopus Vilnensis, maxime cum vicini episcopi etiam rogati denegent dimissorias. Item supplicandum est, ut alumnos sumptu episcopali in scholis studia tractantes per aliquot annos sine dimissoriis ordinare concedere non gravetur.